A. 2. Finis & eventus exoptatiſſimus. Nam Chriſtus ſuam operam, hoc eſt, & acceſſum & medelam, ultrò illi addicit, v. 7. Cæterùm ſtatus hîc incidit δικαιολογικὸς de priore acceſſus ſponſione, quo fidem ſuam in Chriſtum egregiè declarat Centurio. Obſerventur;

1. Argumenta quibus fas eſſe, ædes ſuas ingredi, tanto DOMINO, negat, ducta partim à —
- 1. Perſonæ propriæ indignitate, v. 8.
- 2. CHRISTI poteſtate, ſeu Omnipotentia, ibid. Id quod è loco comparatorum egregiè Centurio illuſtrat, v. 9. Si mihi, vult dicere, Homini, ſub poteſtate conſtituto: tamen Servi mei obediunt: quantò magis tibi, Univerſorum DOMINO, paralyſis, ad nutum ſaltem & voluntatem, cedet &c.

2. Ἐπίκρισις Chriſti de tanta Centurionis in ipſum fide; quæ duo membra habet:
- 1. Encomium, quo illam, coram omnibus extollit ac ſummè prædicat, v. 10. additâ ἀντιθέσει de
  - 1. Acceptatione Gentium, v. 11.
  - 2. Rejectione Judæorum, v. 12.
- 2. Præmium. v. 13.

IV. poſt Epiphan. Matth. 8, 23—27.

Evangelio hoc Navigatio quædam admiranda deſcripta habetur, & adſpectandum proponitur Navigantium

1. Perſona: (Die Schiffleut) JESUS & Diſcipuli ejus, v. 23.

2. Fortuna (Ihr widerwertiger zuſtand)
- 1. Adverſa, cujus tria ſunt membra:
  - 1. Ἄιτιον ποιητικὸν· σεισμὸς ille magnus in Mari &c. v. 24.
  - 2. Συναίτιον. Somnus DOMINI profundus, ibid.
  - 3. Ἀντικείμενον & Remedium.
    - 1. Quæſitum à Diſcipulis,
      - 1. Factis: Excitatione nim. Chriſti è ſomno, v. 25.
      - 2. Verbis: λόγοις δεητικοῖς
        - 1. Propoſitio: DOMINE, ſerva nos, v. 25.
        - 2. Ratio, à periculoſo: Perimus, ibid.
    - 2. Adhibitum (ut jam ſequetur) à Salvatore, præmiſſo tamen Elencho, quo δειλίαν Diſcipulis ſuis ὀλιγοπίστοις exprobrat, v. 26.
- 2. Secunda, ſive Liberatio ex præſentiſſimo vitæ periculo. Hujus
  - 1. Modus κατ' ἐπιτίμησιν Ventorum & Maris (mit einem Trôwort) v. 26.
  - 2. Effectus, in
    - 1. Elementis, aëris & aquæ: Tranquillitas magna, ibid.
    - 2. Hominibus liberatis: θαυμασμὸς, Interrogationis ſchemate expreſſus, quo infinitam HOMINIS Chriſti potentiam demirantur, v. 27.

V. poſt